siquincuplum · sesquiquintos. Ac deinceps · singuli denominatione multiplices · tot sup particulares p̄cedunt. quoto loco ipsi ab unitate decesserint. Una uero tantū quadrupli dispositionē ponem̄ · ut in ea sicut in c&eris · lector diligens · acum mentis exerceat.

I	IIII	XVI	LXIIII	CCLVI
	V	XX	LXXX	CCCXX
		XXV	C	CCCC
			CXXV	D
				DCXXV

Haec igit̄ speculatio ad hanc utilitatē uidetur inuenta. ut quotiens cumq: quattuor uel quinque ut quotlib& sesqualteros · uel sesquitertios · ut sesquioctauos · uel quotlib& alias ꝓportiones quis inuestigare uoluerit. nullo errore labatur. ut quę non ei numero primo tales ꝓportiones quaerat aptare. qui quanti sunt ꝓpositi tot p̄cedere & post se habere non possit

Sed disponat potius multiplices · uideatq: quantos supparticulares requirit · eumq: multiplicē respiciat · qui eo loco ab unitate recesserit · ut in superioribus discriptionibus · si tres sesqualteros fortasse quaesierit. non a quatnario ingrediat̄ inuestigationē · hic enim q̄m secundus ē duplus. duos tantū praecedit · tertiumq: ei aptare non poterit. sed ut ab octonario · medietates (sexqualteras) tempt& apponere; hic enim q̄ tertius ē. tres quas quaerit sesqualteras ꝓportiones effici&; & in ceteris eodem modo · Est enim alia augendi ꝓportiones uia hoc modo ·

Radices ꝓportionum dicuntur · in eisdem comparationib;. minime ꝓportiones; Disponatur enim numerus naturalis. unitate multatus. II · III · IIII · V VI · VII; minime igit̄ ꝓportiones sunt · ut in sesqualtera. III ad II; In sesquitertia. IIII ad III; In sesquiquarta. V ad IIII; Et deinceps in infinitum · & quaecumq: ꝓportiones unitate sep̄ cesserint ·

Propositū igitur sit · duas sesqualteras ꝓpostiones · continua comparatione producere ·

Sumo radicem sesqualterā · eamq: dispono. duo & III · multiplico igitur binarium p binariū · fiunt IIIJ · Item ternarius p binarium crescat · er̄ sex · Rursus ternarium in sem& ipsū ducemus; fiunt VIIIJ. qui disponantur hoc modo · II · III · IIIJ · VI · VIIIJ · Inueniem̄ igitur duas ꝓpositas sesqualteras ꝓportiones · VI AD IIIJ. & VIIIJ ad VJ · Sit nunc ꝓpositū · tres inuenire; Dispono eosdem numeros · quos supra in exquirendis duab; sesqualteris habitudinibus ꝓposuerā. ipsasq: sesqualteras ꝓportiones · Multiplico binario quatnarium. fiunt VIIJ; Rursus senarium binario. fiunt XIJ · Rursus nouenariū binario. fiunt XVIIJ · Rursus nouenario ternarium. fiunt XXVIJ; Disponant̄ igitur hoc modo; II · III · IIIJ · VI · VIIIJ · VIIJ · XII · XVIIJ · XXVIJ; Adq: hic modus erit in c&eris; Ut si sesquitertias ꝓpostiones uelis extendere. ponas sesquitertiorum radices · quae sunt quaternarius adq: ternarius ad se inuicē cōparati ·

II	III	
IIII	VI	VIIII

II		III
IIII	VI	VIIII
VIII	XII	XVIII

III · IIII · VIIII · XII · [illegible]

II · IIII · VIIII · XII · [illegible] XXXVI XLVIII LXIIII